

ad cælum et sit scriptum : « In sola misericordia Dei spero salvari, » et inferius sit scriptum. « Hic jacet. »

« Cum ingenti solemnitate et sepultum in presbiterio, juxta chorum sinistrum in quodam sarcophago super quo imposita est mirabilis tumba mirifice operata. »

A. de Saluciis³, cardinalis, archidiaconus lugo, reliquit enumerabilia jocalia, imagines argenteas deauratas, pannos aureos et alia multa que hic causa brevitatis obmittuntur et que pro majori parte inferino describantur.

Après plusieurs legs pieux, Amédée de Saluces disposa ainsi dans son testament :

« Item cum ordinaverimus fieri retro altare unum retaulum sive tabulam argenteam ubi possent reponi ymagines S. Marie, S. Johannis, Stephani, etc., et istud revocamus et loco illius volumus quod habeant brachium S. Vincencii cum pede suo paratum.

« Item cum ordinaverimus benedictorium nostrum argenteum dari, loco illius paramenta altaris rubea, que fecimus fieri de panno empto cardinalis de Agrifolis, damus.

« Item ultra predicta damus et legamus predicte nostram ymaginem argenteam argente Beate Marie Virginis cum cathena aurea et reliquis ejusdem Beati Virginis.

« Item volumus quod ymago S. Laurencii quam dedi, sic paretur quod teneat costam S. Laurencii que est S. Stephano ; que quidem ymago teneatur in S. Stephano vel in S. Johanne, ubi tamen melius dominis ecclesie placuerit.

« Item damus et legamus eidem ecclesie unum album pluviale de brodatura facta ad compassus cum ambus infra, et volumus quod pareatur aurifrisia.

« Item loco illius pluvialis albi quod dedimus ecclesie Constanciensi eidem ecclesie Lugdunensi legamus pluviale de brodatura factum cum griffenibus.

« Item volumus quod de pluviali illo, quod est factum cum floribus lilii, fiat una casula quam, una cum dalmatica et tunicella ejusdem panni, quas volumus duplicari de sandali vel de vocassino aut alio panno, eidem ecclesie damus.